

XV, 22.

XV,

C

In

cu

Ex

100.
EXTORTUM

XV, 22.

Sed

17, 23

ÆQUUM

CHRISTOPHORI HENRICI

RUPERTI,

D. Archiatri Saxonici

RESPONSUM

ad

contra D. J. Busse
Archiatrium Saxoniæ

Iniquas æquè ac ineptas de
cura sua rite ac bene gesta punctorum au-
torum eorundemque propugnatorum
Correctiones & Cen-
suras.



VINARIÆ

Excud. JOH. ANDR. MÜLLER, Typ-Aul.
M. DC. LXXVIIII. C.

EXTORTUM

24

AEOLUM

CHRISTOPHORI HENRICI

RUPERTI

D. Archidiaconi Saxonici



RESPONSUM

ad

Iniquas et peruersas doctrinas de

curia et de rebus ecclesiarum

liberum



136

7

YMARIE

Printed for Andreas Miller Typogr.

MDC LXXIX





LECTORI CANDIDO

Sal.

ULteriores crimina-
tiones, quibus me
hæc scribendo exposi-
tum fat scio, avertisse si-
lentium, sed quæq; mihi
inde eveniant pro veri-
tate tandem pugnare &
ineptas æquè ac infulas
punctorum autorum,
eorundemque propu-
gnatorum censuras &
correctiones, aliaq; hic

A 2 per-

perstringere & in apri-
cum proferre cogor.

Cùm enim sperarem
defervisse meos adverfa-
rios: Ecce veniunt mihi
ad aures & manus, de
me meaque non ita pri-
dem institutâ cura inful-
sæ multorum censuræ &
inepta præprimis Altor-
fensium Medicorum
mei ad puncta responsi
correctio, qualem à Fa-
cultate Jenensi monstra-
trice peritiori prius re-
quisiverant iniqui Ad-
versarii, sed quoniam
non

non ex votis respon-
dentem acceperant, ad
Altorfensem sese con-
vertunt, quæ mox gra-
vioribus verbis quam
prudens Facultatis fert
consuetudo, me per su-
um decretorium accu-
savit, meq; nimis asperè
illam ægrotam tractasse,
eique justò fortiora me-
dicamenta, ex inscitiâ
exhibuisse, nec malum
ritè definivisse, est nuga-
ta, quorum nugas etiam
hic apposuissem, & re-
sponsum ipsis condignū

reposuissem ni aduersa-
rii mei nimis carè æsti-
mantes illas mihi dene-
gassent:

Qui nimium sibi cum
hisce meis reprehensori-
bus adscripserunt & in
hac mea Curatione ad
consequendam Judicii
acris apud rerum medi-
carum ignaros famam,
meam procedendi Me-
thodum & adhibita re-
media, partim insulsis
punctis, partim ineptis
correctionibus carpse-
runt, & meam secun-
dum

dum vera tamen Medi-
cinæ fundamenta insti-
tutam curationem, quia
ipforum empiricæ non
convenit, improbave-
runt.

Nesciverunt hæc ve-
terum mancipia propri-
um adhibere Judicium,
nec aliud de cura ritè in-
stituenda ferre, quam
quod ex autore, quem
probant ipsis visum est
rectum & verum. Hinc
curtæ suæ suppellectilis
non ignara, me ad hujus
vel illius quoq; dicta ad-

stringendum esse cen-
 fuerunt. Præcepta alio-
 rum, quamvis sint egre-
 gia & longo rerum usu
 formata, formant qui-
 dem non autem confe-
 runt Medico iudicium,
 unde id quod aliis solum
 nititur, ad fundamentorum
 stateram libran-
 dum & probandum ex-
 positum, non rarò ridi-
 culum, ne dicam pueri-
 le est.

Culpaverunt à veris
 Medicinæ fundamentis
 alieni fortia medicamen-

ta

ta ægrotæ teneræ gravi
morbo implicitæ exhibi-
bita. Quum ipsi quò gra-
vioribus sicque magis
urgentibus symptoma-
tibus ægrum infestat
morbus eò mitiora nul-
liusque efficaciam reme-
dia, ne graviter decum-
bentes fortiorum fini-
strè, adhibitorū vimox
cadant, sicq; error ipso-
rum pateat, usurpent;
Quomodo autem hu-
moris gravius peccantis
imminutio ac emenda-
tio à levioribus remediis

expectanda non pos-
sum assequi: Nam video
sic nullam inter mutans
& mutandum propor-
tionem, cujus tamen ne-
cessariam in quovis hu-
moris vitio emendando
attentionem, qui parvi
pendit, aut negligit,
quomodo methodicè
Medicina instituat,ur,
nondū capit: Falluntur
enim, & suis ægrotis in-
juriam insignem faciunt,
qui putant, hæc neglectâ
curari posse ullos ex arte
morbos: Quum Medi-
ca-

causamenta causis quibus-
vis tollendis & minuen-
dis convenientia emen-
dent & corrigant de-
mum humorum vitia.

Plus prudentiæ fecis-
set imprudens, si tacuis-
set, quàm pueriliter ex
imperitia de morbi non
debitè facta definitione
me accusandò puerile
suum Judicium porrò
prodidisset: Meo enim
arbitratu ipsum mor-
bum satis novit, nec à
verà medendi Methodo
aberrat, qui veram ipsius

causam cognoverit; Per-
spicit autem hanc me-
lius, qui teneræ & gravi-
ter decumbenti vobis
ipsis fatentibus est ausus
exhibere forte Medica-
mentum. Eodem Em-
pirici & Circumforanei
æq; quidem utuntur, sed
præservationis solum-
modo gratia & in mor-
bis levioribus: Ignorant
enim causam medica-
mentis immutandam,
hinc fortiora sanis aut le-
viter decumbentib⁹ præ-
scribunt; hos enim me-
lius

lius illa perferre putant, si tamē venit, ut in pejus inde mutantur, ipsisque detrimentum majus inferatur, tunc noxiis humoribus corpus scatens accusant, illosque irritasse fabulantur. Non attendentes unum noxium humorem satis vehementem excitare morbum, & sic corpus multis scatens validius affici, citiusque interire. Ad hæc quò validior violentiorque affectus, ejusque sic causa gravior, eò for-

tioribus, quantum tamen vires commodè ferre possunt, ad hanc emendandam utendum remediis, ni mutantis vis à mutando eludi teneatur.

Si quoque, uti notum, omne Medicamentum abeat solummodo in corporis mutationem, necessariò à fortiori illo sinistrè, uti volunt, à me adhibito (quod tamen nondum probatum, nec à vobis unquam probabitur) debuisset in pejus.

muta-

mutari, sicque tenera illa
& graviter conflictans
vitam cum morte com-
mutare. Nam Medicina
legitimè solum admini-
strata est sanitatis tutela,
perverse verò ejusdem
ruina. Legitimè autem
administratur & ritè
medicamenta exhiben-
tur, si vera affectus cau-
sa agnoscat, de quâ
me hîc errasse nullus
adversariorum demon-
stravit, nec unquam de-
monstrabit.

Sufficit mihi in me-
dendis

dendis corporis humani
 affectibus, quæ triplici
 fundamentorum gene-
 re sunt conjuncta ac ra-
 tione & experientia
 comprobata, subsistere,
 sine illa duce Empiricam
 Medicinã Empiricis re-
 linquimus, Candidum-
 que Lectorem hæc le-
 gentem vera à falsis me-
 lius dijudicare sine affe-
 ctibus, & sic æquius de
 me meâq; curâ judicium
 ferre speramus &c.

Æquo

Æquo animo æqua noscentibus.

P. S.

dicit A U T O R.



Confilia præprimis
medica, prout malè
vel prosperè cedunt,
ita vel probantur,
vel reprehenduntur,
inde plerumque ea-
dem facta modò pru-

dentiaè modò imprudentiaè nomen ac-
cipiunt: Tantum autem abfuit, ut ego,
qui ad ægrotæ hujus fanitatem confi-
liò auxilioq; integrandam vocatus,
hancq; prosperè comparans, ab illa
prudentis Medici nomen traxissem.

Quæ ea ipsa de dolore in oculis pres-
sante, de anxietate circa præcordia,
de faucium ficcitate, sine ulla tamen
fiti, de membrorum imbecillitate &
tremore conquerens tunc temporis
mihi oblata, hanc domestici morbillis
in urbe tunc grassantibus ægram pu-
tan-

tantes, illorum me exactam rationem habere jufferunt. Admonitionibus locum relinquens & in morbillorum, signa inquirens, locò pulsus celerioris justò tardiozem majusque frigus, quam alias solet, calorem deprehendi; Hinc alium conjectans morbum, ne tamen fallerer in meo judicio, paulisper hoc suspendi, & interea contra magis urgentia symptomata cordis nimirum anxietates, cum anhelatione conjunctas à flatibus halitibusve ortas & ad pulmones delatas, debitumque sic aëris ingressum in pulmones impedièntes & anxietates producentes; Medicamentum carminativum diaphoretico junctum ad flatibus halitusve discutiendos & acrimoniam expellendo temperandam, exhibui, à quo subsequente die ægrota sese etiam melius habuit.

Proinde ut meæ famæ qualicunque ac præprimis hujus commodis consulerem, pulsum, urinam & quævis Symptomata unice ad morbi cognitionem facien-

faci
mi
ver
rem
mo
C
ma
gis
mo
que
urin
mo
ricu
star
tes,
pen
rum
iter
tis
figr
bat,
vel
inte
affe
arbi

facientia signa, posterô die exacti⁹ examina-
mini, morbillorum nullum, pulsum
vero tardû, & magis frigus quam calo-
rem, & urinam magis flavam cum cre-
more in superficie innatante offendi.

Quia autem semper cum febre nunc
magis nunc minus ardente, nunc ma-
gis nunc minus gravi, contingant
morbillorum eruptiones, pulsus quo-
que frequens, calor auctus vel æstus
urinæque magis rubræ quam flavæ in
morbillis observantur; Nihil hic pe-
riculi ex morbillis esse indicavi. Ad-
stantes nihilominus eos extimescen-
tes, pauloque post hinc inde erum-
pentium, modo majorum modo mino-
rum pustularû pavore agitati, me mox
iterum citari jubent: Veniens observa-
tis observandis, uti nullum perspexi
signum, quod assertum meum everte-
bat, ita nullum vidi, quod adstantium
vel Medicorum illorum de pustulis
interrogatorum adstruebat, meumque
assensum coegebat. Id vero de illis
arbitratus sum, uti etiam ex Sympto-
mati-

matibus & diæta prægressa erui: Vitium pustulas producens, & dolorem in oculis faciens, consistere in acri, orificia vasorum capillarium hinc inde corrodendo, aperiente, & extravasatum in pustulas nunc majores nunc minores abeunte, pro majore vel minore ejus duntaxat quantitate in corporis superficie sub cuticula hærente.

Nam dolor in oculis pressans tremor quorundam membrorum, protractæ vigiliæ, faucium siccitas, de quibus etiam conquerebatur, cum non nisi ab humorum acrimonia, uti in responso ad puncta probatum, deduci queant, meritò ad humores acres attendi; Et quia, ut porrò in responso ad puncta ostensum, in hâc ægrota à salina ortum habere nequibant, acidæ adscribenda judicavi; Ratio propter quam ego id sensi, hæc est, quod faucium & oris magna siccitas, nulla urgente siti non aliunde, quàm simul ab acido acri ortum habere potuit. Nam exsiccationem ab æstu & acris salis factam,

facta
tum
dum
mati
nanc
uti p
cauf
pelle
Diap
dori
adh
dilue
Pro
acre
hum
illum
grot
nec a
prod
dispo
aptu
fruct
deco
paul
præd

factam, potulentorum augere appeti-
tum, omnibus est in confesso. Ac-
idum ergo acre ex comitibus sympto-
matibus non ex autoribus determi-
nandum primariam affectus hujus,
uti pluribus infra etiam probatum,
causam statui: Cui corrigendo & ex-
pellendo proinde attentus Mercurium
Diaphoreticum, salia lixiviosa & su-
dorifera decocta alterantibus juncta
ad hujus acrimoniam superandam &
diluendo enervandam, apta judicavi.
Pro persona hinc affecta, illa acidum
acre temperantia, accommodavi, &
humorem acrem ad sudorem, ne ob
illum ad hunc minus aptum cum æ-
grotae damno & noxa sudor urgeretur,
nec ab eo non nisi violento & vi alias
prodeunte, illa nimis debilitaretur,
disposui. Emendatum quoque &
aptum ad sudorem sic redditum, cum
fructu & commodo evacuatio blanda
decoctis alterantibus & sudoriferis
paulatim potentius paratis subsecuta,
prædictaque ægrota præfatis sympto-
mati-

matibus magis magisque est liberata
& horum remediorum ope initio re-
stituta.

Tunc temporis admodum commo-
dam iter faciendi nactus occasionem,
diu mediatum, ob hanc vero ægotam
hactenus dilatatum cum conficere vel-
lem. Præter opinionem illud restitu-
tæ cognata disvadens, & ut restitutam
commendatam haberem, admonens,
recidivum brevi subsecuturum, me-
amque absentiam tunc adversariis ad
calumniandum proclivibus carpen-
di ansam exhibiturum præfagiebat.
Ne ineptus & proterv9 viderer, meum
fuit, iter iterum differre, domique ma-
nere: Evenit enim, uti prædixerat.
Incidit in eundem morbum, unusque
collegarum hoc percipiens mox pas-
sim medicamina mea præscripta ob-
tractavit, qui jam antea, ut praxin &
famam meam inquinaret, mea vulgò
dicta recepta mirabilia vocaverat,
quamvis parum intelligeret, contra
quam morbi causam fuere ordinata,
per

per
nati
pen
tule
cere
C
ran
Do
nib
ver
tan
pre
ipse
par
liter

E
con
mea
tilia
nier
ga,
Cer
liac

per anatomiam enim & chymiam in
naturæ penetralia penitus nunquam
penetravit; Nihilominus tamen locu-
tulejus ille Doctor, pergat quæ vult di-
cere, audiet proinde quæ non vult.

Quum ipsum per plurimum vene-
randum Seniore nostrum, Dominum
Doctorem Birnbaum, de Criminatio-
nibus prioribus interrogarem, non
verò pigebat calumnias, quia mutare
tanto Censori, turpe videbatur, inter-
pretatione lenire, velut gravius atque
ipse sensisset, exceptas; Mearum duxi
partium, sequentes ad eum mittere
litteras, & illum ita compellare.

Nobilissime &c.

EX tua non ita pridem coram no-
stro Seniore honoratissimo facta
confessione propria heri intellexi, Te
mea præscripta Medicamenta ceu inul-
tilia & medendi Methodo in conve-
nientia culpasse: Sed cede, mi Colle-
ga, horum animadversor & castigator
Censorie, censui dignas rationes qua-
liacunque ista fuere indica, ac ullum
illis

illis à me deceptum in medium profer
aut carpendi, vel uti videtur, potius ca-
villandi sufficientes exhibe causas:
tunc sum parat⁹ quovis tempore aliud
ad sensum demonstrare, Tibique ut &
aliis hac de re sollicitis satisfacere. Ad
quorum sanitatem consilio auxilioq³
integrandam sim vocatus, quique meæ
praxeos, non inutiles fructus hactenus
ceperunt, & adhuc capiunt, hos omnes
exceptione majores testes, oppono
falso tuo iudicio, vel ut rectius dicam
cavillationibus, quas tamen vindica-
turum spero, æquissimum illarum Vin-
dicem DEum. Hunc enim testor, te
parum intellexisse, contra quam Sym-
ptomatis causam fuere hæc præscripta.
Malô igitur geniô magis ducto, quam
accurata observatione ista culpasti.
Quis proinde non agnoscat, hoc te
solum negotii dari, tuaque unicè
interesse praxin meam qualemcunque:
(absit jactantia verbis:) feliciter ha-
ctenus exercitam falso & improbo tuo
iudicio contaminari. Quem tamen
tuum

tuu
vid
nus
IX.

H
vio
gni
tion
gra
cre

S

cis
Chr
einig
daly
Dr.

te S
nich
Der
me

inut
ven
eine
welc

tuum conatum in tuam ignominiam,
videbit evasurum, qui tibi nihilomi-
nus bona & bene precatur. Dresdæ
IX. Kal. May. clō lco LXXXII.

His ipsis literis valde ipsum quidem
violavi. Nihilominus tamen beni-
gnius suas criminationes & obtrecta-
tiones est interpretatus, bona proinde
gratia hæc inter nos hisce composita
credidi.

Dennach zwischen denen Chur-
fürstl. Sächs. beyden Leib-Medi-
cis Herrn D. T. B. und Herrn Dr.
Christophoro Henrico Ruperti, sich
einige Mißverständnisse und Irrungen
dahero ereignen wollen / Daß Herrn
Dr. Ruperti vorbracht worden / als hätte
Herr D. Bussius desselben Recepta
nicht allein wunderlich / sondern auch
der gestalt eingerichtet / Daß die von Ih-
me verschriebene Medicamenta ceu
inutilia & medendi Methodo incon-
venientia wären / Daher dieser an jenen
einen lateinischen Brief abgehen lassen /
welchen Herr D. B. um so viel mehr vor
B inju-

injuriöſſiſch angezogen/ ie härter die darinnen gebrauchte formalia nicht alleine gelautet/ ſondern auch Er der angegebenen Reden/ in ſolchen formalien/ wie ſie Herr D. Ruperti durch conſequen- tien inferiren wollen/ nicht geſtändig geweſen. Und denn durch Interpoſition friedliebender Leute die Sache/ welche zur Retorſion, Injurien/Proceſſen und dergleichen Weiterungen außſchlagen wollen/ dergeltalt hingelegt und verglichen worden. Daß weil Herr D. B. nachmahls negiret/ daß Er die angegebenen formalien von Herrn Ruperti Medicamenten gebrauchet/ oder den animum gehabt haben ſolte/ denſelben zubeſchimpffen.

So hat Herr D. Ruperti hingegen ſich erkläret/ daß Er Herrn D. B. mit einiger Anzüglichkeit nicht gemeinet/ ſondern Sie beeders ſeits einander vor ehrliche aufrichtige Leute und Collegien gehalten haben wolten / deren keiner den andern etwas ſchimpfliches oder nachtheiliges nachzufagen wiſſe/ auch Herr
D. Ru-

D. Ruperti deswegen seinen Brief/
 weil Herr D. B. daß Er die Intention
 einer Verkleinerung oder Beschimpfung
 gehabt/ nachmals constantissime negi-
 ret/ solcher Gestalt hinwieder zurück ge-
 nommen / als welcher aus ungleicher
 Benachrichtigung und præsupposito
 hergeflossen.

Als ist darüber zwischen beeden ge-
 genwärtiger Recejß verfasst und voll-
 zogen; So geschehen Dresden den 27.
 April. 1682.

(L.S.)

T. B. D.

Sed malè admodum hujus animus
 cum recessu, bene autem adversarii
 mei inter se congruebant. Ille enim
 pro suo ad calumniandum proclivi
 hanc Curationem traduxit, meque ob
 recidivum erroris arguit. Hi verò
 me jurgiosum, nihilque probare, nisi
 quod ipse sentio, dixerunt. Sed ille
 indicet prius mihi errorem in Cura-
 tione commissum, ni vult cunctis
 suam ad calumniandum propensio-
 nem, multis fucatae sinceritatis conte-

B 2

statio-



stationibus tanquam larva tectam paterere. Hi verò ostendant mihi jurgia, nuncupant pro jurgiis habere meam ante remediorum exhibitionem exactam in quovis morbo symptomatum, & inde causarum explorationem, harumque diligens examen. Nam errant longè mea sententia, qui latentes & intricatas morborum causas, sine diligenti signorum symptomatumque exploratione, horumque exacto examine extricare, hujusque vel illius auctoritatem modò sectantes remedium illis conveniens invenire censent. Quum enim uti notum ad speciei sensilis perceptionem in anima requiratur attentio, hoc est, singularum objecti circumstantiarum exacta & accurata consideratio, ut quodvis objectum perfectè sentiatur. Multò magis ut vera morbi causa cognoscatur, advertendus & intendendus est animus non autoribus sed symptomatibus horumque causis examinandis, nec à labore suscepto super-

* * *

superfedendum, donec singula exactè fuerint expensa. Prudentis enim Medici nomen non meretur, qui cum aliis tantum sapit, verum, qui à triplici fundamentorum genere doctus, ipso opere ostendit, se sapere & ægros curare posse.

In suis vanis criminationibus pergunt, meque incusant, quod cum nemine Medicorum Medicinam facere velim. Hanc etiam esse calumniam novit cordis renumque scrutator. Cui enim desiderio & non ad horam præsto fui, quod vero ipsis pro lubitu quidvis contra Medicinæ fundamenta fingentibus & asserentibus credere noluerim, sed dubitaverim de iis, de quibus ipsorum fuerunt sententiæ, & dubitaverim tamdiu, donec argumentis certis & evidentibus fuerim persuasus ipsorum opiniones esse veras, certas, ægrisque proficuas: Si id pro reluctatione habent, libenter confiteor. Omnis enim Curatio sine accurata symptomatum consideratione

& exploratione, horumque causarum cognitione instituta, est empirica & sic incerta summèque periculosa, quoties enim illa succedit, fit forte solum fortuna.

Memini, quamprimùm Budissam veni, D. L. mihi ibi instituisse, ut ipsum visitatione continua ægrotorum suorum occupatum sublevarem, atque Serenissimi Electoris nostri Servo non ita pridem periculosè decumbenti; jam autem ferme à se curato, meis nunc remediis (ulteriore enim curam parvi deputabat) donec prorsus mederetur, subvenirem. Nihil mali ego suspicans (illum enim aliter atque erat, in animum induxeram meum) sine recusatione quamprimum voluit, cum ipso ad ægrotum me contuli. Ast adhuc Phthisi desperata ægrum, & quidem in ea ipsa domo in qua erat alter Collega D. T. B. præprimis in opposito conclavi offendens, sciscitatus, quare mihi tam longè ab ædibus, & non ipsi tam propè à conclavi, id negotii

gotii dedisset. Sed cum tunc hanc
tunc illam calvam tamen excusatio-
nem affertet, præter omnem suam ex-
pectationem, D. T. B. famulus
(malè enim ab ipsis prospectum erat)
medicamentum adportabat. Hinc
ille D. D. L. expallescebat, actum esse
dijudicans, quod hic alterum priùs in-
dicasset, quam intentas in me insidias
effecissent: Mihi enim illas fecisse, &
alterum quoque istarum socium &
participem fuisse, constabat, quod al-
ter paulo ante à me de ægroti statu
interrogatus, se de eo nihil scire, simu-
labat, alter verò tam varias excusatio-
nes habebat, ob quas huic hujus cura-
tionem committere non audebat.
Sed ut verum fatear, hoc ipsos impri-
mis mordebat, quod me in gratiam,
apud Serenissimum tunc majorem esse
putarent. Inde etiam omni cogita-
tione ferebantur ut Serenissimo me
criminarentur. Hinc, me hujus cura-
tionem suscepturum sibi persvaden-
tes, passim gravissimum illum & de-

speratum morbum parvi faciebant, quò eo melius omnium animis, quicquid ipsorum factum erat culpa, mea factum esse postea inculcare possent, utque me citius insidiis exciperent, unus paulò ante me lautis epulis, alter verò osculis excipiebat, sicque simulabant amicitiam osculis & epulis, re ipsa autem fraudes & insidias mihi struebant. Proinde hanc ipsorum astutiam intelligens, meritò renui hujus curationem: Plura enim mala mea obedientia ipsos docuisset, si duntaxat illi ipsam adhibuissem, tunc prædictæ moxque nimirum quarto die subsequenti mortis culpam in me certò contulissent & quam primum vitam cum morte imminente commutasset, me hinc inde traduxissent.

Paulò post ibidem ad ægrotam de tumore in sinistro hypochondrio, cum intumescencia & pulsatione interrupta molesto conquerentem vocatus; Cum ex ipsius affectus mihi à Valetudinaria facta symptomatum narratio.

ratione ac partium hinc læsarum cognitione, tumoris ortum à vitiosa bilis cum succo Pancreatiō effervescentia, pro flatuum inde ortorum copia & acrimonia majore vel minore nunc magis nunc minus molestā, & intestinum jejunum in eo hypochondrio asurgens, nunc magis nunc minus dilatante, ac tumorem pulsationemve in illo producente, judicarem, prænominatus D. L. sub cujus cura hætenus frustranea fuerat, interveniebat, ac præjudicio inveterato & adhuc odio ob detectas nuper insidiarum fraudes in me concepto, occæcatus, ne sua autoritas apud rerum Medicarum imperitos malè parta, malè dilaberetur, mihi valde resistebat, & ut me refutasse videretur, perperam præfatum tumorem, ita enim ægrotae prius persuaserat, cavitati, ubi nulla unquam ab ullo Anatomico observata, inter peritonæum duntaxat & musculis abdominis existenti, adscribebat, Utque famæ autoritæque confuleret, præter

omnem rationem, imò contra ipsam
 veræ hujus mali causæ ex debitis no-
 stræ artis fundamentis demonstratio-
 nem, totam suam curam in sui erroris
 defensionē intendebat. Quum autem
 ab illo canales, per quos humores fla-
 tusve eo venirent (ac vi qua non nisi
 magna ob cohærentiam peritonæi
 cum musculis illam prius cavitationem
 & postea tumorem efficerent) & cau-
 sam flatuum tam materiale quam
 efficientem expiscarer. Omnis enim
 tumor ortum habet, vel ab humore
 ibidem existente vel affluente, aut à
 flatibus ibi productis vel eo delatis.
 Tunc hærebat, nec canales, nec hu-
 mores eo existentes, nec flatuum or-
 tum indicare poterat. Nihilominus ne
 erroris à præsentibus reus observare-
 tur, pro more suo perduto ex autore
 hanc nostram controversiam tollere,
 suumque contra me effatum probare
 pollicebatur. Proinde cum ipso do-
 mum ivi, & ut se se hac lege adstrictum
 solveret, urfi. Quàm anxie autem in
 in-

instructa sua bibliotheca investiga-
bat. Nullus tamen autor, qui ipsi, ve-
rum qui mihi assensum præbebat in-
veniebatur, nimirum Cl. Sylv. vid.
ejus Prax. Med. lib. I. cap. XLV. Hoc
ægiè ferens, intricata feliciter extri-
cando, ægrosque insuper non infelici-
ter curando, famam meam sic indies
increbescere, non desiit ipsam perpe-
tuis novisque ex inferno petitis calu-
mniis ad hoc usque tempus, cum suis
sectatoribus maculare.

Nam cum brevi postea ibidem am-
bo ad infantem tussi sicca laborantem
vocaremur, cujus causam, ut melius
agnosceret, quia tussis omnis, præpri-
mis sicca, ortum habeat à vellicatio-
ne, hæc autem, non nisi ab acri aut
acido, aut falso aut acido falso depen-
dere queat. Refero ipsi, me ante tres
vel quatuor hebdomades illum infan-
tem fera scabie ægrum curasse. Ob-
trectationes pronis accipi auribus
non ignorans, me absente nihilque
mali ominante, curam hanc præfatam

apud adstantes detulit, meque scabiei
 materiam ad cor repulsiſſe fabulans,
 omnem tuſſis cauſam meis tunc exhi-
 bitis remediis & applicato præprimis
 emplaſtro, quorum tamen nullum ne-
 que vidit, neque prius exploravit, ad-
 ſcripſit, ſin autem, eo mentiente ab
 ignobiliore ad viscus nobilius repul-
 ſiſſem, infanti mox noxam majorem
 neceſſariò inferre debuiffem, cum ta-
 men aliquot hebdomades nullam eſt
 experta. Salva conſcientia teſtari
 præterea poſſum, me hoc emplaſtro
 nunquam in tali ſcabie, niſi cum felici
 ſucceſſu, ſine ulla unquam remanentem
 noxa, ut & antea cum eodem ſuc-
 ceſſu in morbillis, & nuper etiam in
 variolis uſurpaſſe. Nullas quoque
 hic Doct̃or cenſorius afferet rationes
 vel cauſas, propter quas adeò cor-
 ruptum ad cor uti voluit repulſum,
 ſine tamen effectu & læſione in tam
 nobili viſcere, ne dicam aliquot heb-
 domades, ſed ne diem imo ne horu-
 lam quidẽ hære, & hoc emplaſtrum
 multis

multis experimentis comprobatum, cutis poros aperiens, humoremque peccantem extrahens, illumque acrimoniam ardorem & pruritus molestum excitantem corrigens, uti unicuique de hoc sollicito probandum dare possum, materiam ad cor repellere potuisset. Quicquid enim foras elicit humorem, ejusque acrimoniam corrigit, illud non potest quemadmodum ipse nugatus, ob materiam ad Cor repulsam tussim excitare. Sed mea dicta & facta debitis artis nostræ fundamentis fulcita semper rapuere in calumniam obtrectatores mei.

Quoties hinc me hujus vel illius morbo medicinam fecisse comperierunt, illam semper & summe noxiã incautis persvaserunt & carpserunt, utq; eo melius morbo remedium non inuenientes aut ob ignorantiam immedicabile malum reddentes, ad consilium adhibiti, de istac se purgare, & in me postea culpam possent conferre. Sylvium pro novatore venditarunt, meq;

hujus multi erroris suspecti Medici curandi Methodum imitatum esse blaterarunt: Cujus quidem Medicinam faciendi prudentiam, & morbi causam inveniendi & demonstrandi scientiam æmulari nesciunt, illum incautis, ne hi ipsos in medicina hactenus patrati erroris reos observarent, despiciatum reddere cupidè elaborarunt. Sin autem modò secum, ipsi expenderent, seseq; meliùs in veris medicinæ fundamentis exercerent, propriam admodum curtam suam suppellectilem facilè noscerent, veraque à falsis rectius dignoscerent, & semetipsos horum magis reos facilius agnoscerent, atque saluti & incolumitati ægrotorum melius consulerent. Sed in audacia & vesania etiam nunc persistunt, ac meorum ut ut bene actorum vellicationes, cavillationes, aliasque artes similes in promptu semper gerunt, licet nunquam illis res arduæ innotescant, aut utilis quicquam perficiatur. Affectus vero ardui intricati,

ti, c
tio
egr
git
& c
int
ext
ob
fer
Me
fid
pro
qu
rip
lur
un
ad
in
tri
Id
pro
ne
ciu
qu
fec

ti, cæterisque rarius curati, ve as ra-
 tiones & causas eruere, ac remedia
 egregia suo ingenio contra illas exco-
 gitare, & feliciter applicare, ibi hærent,
 & quo sese vertant non habent. Hinc
 intricatis functionum læsarum causis
 extricandis impares, ne soli erroris rei
 observentur, isti que in apricum pro-
 ferantur, complures suæ solum farinæ
 Medicos simul in consilium vocari de-
 siderant. Qui quicquid primarius
 profert, etiam commemorant, hujus-
 que effata sine hæsitatione pro veris ar-
 ripiunt, atque ad ipsius nutum & vo-
 luntatem sese convertunt, utque ob
 unitatem & consensum imposterum
 ad deliberationes adhibeantur, sæpius
 in ægroti damnum & noxam ad arbi-
 trium ipsius cuncta dicunt & ferunt.
 Id habent ratum, quod ab eo quem
 probant iudicatum vident. Nolunt
 nesciuntve proprium adhibere judi-
 cium, habent multorum exemplum,
 quo sibi sufficere id facere, quod illi
 fecerunt putant. Hæc veterum man-
 cipia

cipia satis esse existimant, si dictis ipso-
 rum credant, quamvis an vera sint æ-
 grisque proficua, probare nesciant.
 Hinc symptomatum examen negli-
 gentes, eorumque causas ignorantes;
 Nihil cum gravioribus morbis luctan-
 ti præter margaritas præparatas & a-
 quas destillatas, nullius efficaciam re-
 media ne errorem committant, hicque
 fortiorum sinistra exhibitione mox
 pateat, præscribere audent; Uti cui-
 vis manuscripta eorum *Recepta*,
 quorum mihi magna est copia, legenti
 notum esse potest; quàm bene vero
 ipsorum medicamenta morbi impe-
 tum ac ferociam cohibeant, eventus
 sæpius tristes contestantur. Ne vero
 horum *Rei* judicentur, omnes morbos
 ex quibus etiam mors non est extime-
 scenda periculosos admodum denun-
 ciant & de futuro periculo adstantes
 monent, ut curato morbo, id sibi ma-
 jori laudi ducatur, aut de violentiore
 & hinc periculosiore à finistrè exhibi-
 tis remediis factò, sese postea melius
 purgare possint. Qui

Qui verò ne in Deum injurius & in Proximum iniquus deprehendatur, blanditiis & assentationibus, se in ipsorum consuetudine mala ægrisque noxia immergere & ipsis pro lubitu quidvis fingentibus & asserentibus in decumbentis damnum assentari nolit. Sed ex ipso affectu, ejusq; Symptomatibus & causis prius notis, agendorum indicationes eruit, & ex nostræ artis fundamentis singula decernit & rationi ac experientiæ conformia instituit, & postea generosè cum felici successu exsequitur, à gloriosis Ithrasionibus, licet rectius istis nihil impertiri sciant, tamen culpatur, & hinc inde per hominum ora traducitur. Contra ipsorum enim decreta, quamvis falsa & ægrotanti noxia nemini, qui vult cum ipsis curam facere, licet impune quicquam pronunciare, aut diversum ab ipsis sentire, vel agere; malunt ægrotum perire, quam sententiam ut ut erroneam, hincque ægrotis noxiam mutare, rectiusq; svadenti, quod enim in suam contumeliam mox vertunt, auscultare.

Quæ

Quæ non assequuntur, illis mox fidem derogant, & effectus bonos calumniantur. Sic fuit magnæ imaginationis, parvi vero iudicii nec majoris eruditionis nasutulus animadversor Dn. D. W. qui ut aliquid etiam haberet, quod garriret, & me carperet, Curas meas Palliativas dixit, Civique Dresdensi hæmorrhoidum fluxu laboranti, præposterum consilium, summeque noxium remedium me dedisse est mentitus, sicque eo ipso ad calumniandum propensionem & ignorantiam suam prodidit, quæ ut manifestentur, medicamentum meum præscriptum, præscribendique rationem & causam hîc apponam.

Conquerebatur præfatus Civis de langvore corporis universali, de continuo ferme hæmorrhoidum fluxu, de catharris nocte ad fauces & pectus delabentibus, hæc quia pituitæ abundantis erant indicia, uti tardior quoque pulsus confirmabat ad ejus correctionem, simulque educationem, svasi solum-

lum
mo
Pilu
fect
tas,
vid
à qu
ren
sum
tatu
mor
hun
pto
Ver
latu
hibi
nier
tem
gisc
ret c
pilu
cont
tuiff
educ
forfa

lummodo ob iter tunc temporis mihi
mox faciendum, Clarissimi D. Sylvii
Pilulas Phlegmagogas in ejusmodi af-
fectibus probatas & ratione confirma-
tas, ab ipso autore Magistrales dictas,
vid. lib. I. prax. ejusd. cap. XLV. th. 50.
à quibus hæmorrhoidum fluxus, refe-
rente ipso censore remisit; quod ceu
summè noxium malitiosè est interpre-
tatus, ignorans omnem fluxum hæ-
morrhoidum esse præternaturalem, &
hunc ob comitata Symptomata, Sym-
ptomaticum, proindeque sistendum.
Verùm ob iter meum spe diutius di-
latum, ineptus censor in consilium ad-
hibitus, quoniam huic morbo conve-
niens dare ignoravit, ægrotantem au-
tem suis remediis, paulatim magis ma-
gisque in pejus pergere vidit, ut habe-
ret quo se purgaret, omnem culpam in
pilulas prædictas & à me præscriptas
contulit. Sed si vera causa ipsi inno-
tuisset, pituitæ correctionem ejusque
educationem potius continuasset, & sic
forsan ægrotum restituisset. Omnis
enim

enim hæmorrhoidum apertio, dependet aut à sale aut à sanguine ob pituitam verò stagnante, & sic quoque acriore factò orificiaque tunc æque corrodente & aperiente; corrigenda itaque fuisset porrò acrimonia & pituita educenda. Si nunc singula pilularum ingredientia verus Medicus examinabit, ad corrigendam acrimoniam & educendam pituitam, illa apta judicabit. Cedat ergo si bonus est, & vult justam ac æquam de illis ferre sententiam contrarias rationes & causas, tunc magis comiter ipsi respondebo.

Quicquid mali ægroti mei etiam multò post iterum passi sunt, hoc meæ imperitiæ, meoque in curatione patratò errori adscribere voluerunt. Quàm malint iniqui hi Censores cuncta prospera sibi, adversa verò mihi, hinc quoque hujus ægrotæ recidivi causam imputare. Si verò hujus culpa in me conferenda, quidni magis in illos mortis, ad quam non paucos, imò in

eâ-

eâdem domo paulo ante binos duxerunt. Rectius pro Recidivi causa statuit, errorem in diæta commissum, meliusque sibi & ægrotis consulit, qui in quod peccavit & quales imprimis tunc peccent humores observat, & quo iidem vergunt, vel ad vomitû vel ad secessum, sudores aut urinam &c. explorat, quo remedia singulis convenientia præscribantur, eorumque motus ac evacuatio tunc utilis iudicata, promoveatur.

Videamus, quam rem mihi porrò vitio dent, in iterata curatione recidivi: Cujus autem naturam & essentiam quo commodiùs explicemus, libet more nostrò usitatò, melioris cognitionis gratiâ, præmittere Symptomata. Ut ex ipsis accurratè atque ordine examinatis unicuique proclive sit de affectus natura & essentia iudicium ferre adæquatum & æquum. Conquerebatur de lassitudine & imbecillitate membrorû, de anxietate summa circa præcordia, de nimia oris fictitate,

tate, sine ulla tamen urgente fiti, de dolore in osse femoris rodente, nec non alio in oculis pressante; Et hoc recidivum, quoniam ferme iisdem sese manifestavit Symptomatibus, eodem quoque modo ut antea, sed non eodem successu in cura processu, ex quo satis mihi constabat, non esse sufficientia, huic iterum affectui superando eadem remedia. Ut proinde ægrotanti bene esset, more Practicorum primariorum laudabili ad nocentia & juvantia attendens curationem & medicamenta mutavi, & ob ductum salivalium obstructionem, nimiamque hinc faucum siccitatem, protractasque vigilias valde hecticam, ob dolorem verò præfati ossis indies auctum, hujus cariem metuens optimum certè & tutissimum recidivi hujus remedium judicavi mercurium, quo nullum felicius ductuū salivalium & Lymphaticorum obstructiones solvit, humoremque pituitosum hujus mali seminarium discutit, sicque deficientem salivam restituit,

stiti
lym
sta
pro
exp
mo
Na
tus
stat
vita
Au
Me
ne
me
ac
nox
inte
exte
cipi
gve
nen
dici
Phl

stituit, ac hinc justò acidiorē factam
lympham, ossa uti in responso ad pun-
cta probavi aggredientem, cariemque
producentem corrigit, & per illa vasa
expellit.

Tantum interest, apto tempore &
modo convenientia dare remedia.
Nam quo vehementioribus comita-
tus symptomatibus ægrotantes infe-
stat morbus, eò plus ipsis incumbit &
vitæ & sanitatis amittendæ periculi.
Ausus proinde sum, quod prudentem
Medicum decebat, quamvis eo nomi-
ne traducerer, ne in re tamen tanti mo-
menti, inveterato eorum mori malo,
me accommodando ægrotæ deessem,
ac contra conscientiaæ meæ dictamen
noxius ipsi essem, ad cujus sanitatem
integrandam eram vocatus. Adhibui
externè applicandum Mercurium præ-
cipitatum rubrum peculiaribus un-
guentis mistum, & quamprimū immi-
nentem inde salivationē ex certis in-
diciis animadverti, pilulas purgantes
Phlegmagogas Mercurio dulci mistas
ex-

exhibui, hasque materiam valde vi-
 scosam expulsuras, & mox salivatio-
 nem sine gravioribus symptomatibus
 subsequaturam prædixi. Etiam si hoc
 ita evenerit, nihilominus impruden-
 tiæ à nasutulis illis & iniquis censori-
 bus arguor. Dum enim hæc fiunt,
 prodit in lucem aliquot dies celatus
 D. L. quem modo Budissâ ven-
 tum nihilque mihi esse periculi ex in-
 dicio, cujus ipsum participem fieri vo-
 lebant, existimans, omnia ipsi, uti sunt
 gesta ordine enarravi. Qui me præ-
 sente etiam nihil improbavit, anim-
 advertens autem quotidie mutatio-
 nem in melius, ut quoque aliquid con-
 tribuisse videretur, nulla habita mor-
 bificæ causæ ratione, nec agendorum
 indicatione, quæ tamen magni in me-
 dicina faciendæ momenti, Bezoardi-
 cis & confortantibus suppetias cordi
 à mercuriô debilitato ferendas ad-
 stantibus persuasit: Qui mihi etiam
 redeunti rursus Bezoardica confor-
 tando cordi à Mercurio debilitato
 valde

val
 tem
 risa
 in
 con
 à M
 illa
 inu
 mo
 sali
 mel
 rum
 tibu
 illis
 & b
 nec
 scrip
 hac
 rem
 gem
 mic
 rum
 cum
 ben
 imp

valde opus esse innuunt. Quum au-
tem peccantis corque lædentis humo-
ris alteratio & emendatio, (uti quoque
in responso ad puncta rationibus
confirmatum, non à bezoardicis sed
à Mercurio esset expectanda, meritò
illa cordi & corpori huic reficiendo
inutilia judicavi. Hoc indignè ad-
modum ferens, ob institutam tamen
salivationem continuò ægrotam in
melius pergere videns,) bene acto-
rum famam in se derivando & adstan-
tibus morem simul gerendo (ita enim
illis prius persvaserat) confortantia
& bezoardica non solum pro summè
necessariis habuit, sed etiam præ-
scripsit, me verò absentem cum cura
hac rite instituta (non enim quibus
remediis, sed quam bene refert) ter-
geminoque experimentorum Anato-
micorum, Practicorum & Chymico-
rum cumulo abunde instructa, adeo
cum suis asseclis traduxit, ut decum-
bentis cognata, coram in os mea ut
imprudentiæ facta vituperaverit, at-

C

que

que Mercurium ipsorum instinctu, ut
venenum damnaverit. Uti punctum
sextum indicabit, & hos ipsos egre-
gios correctores, quorum cavillatio-
nibus & calumniis multas subii acer-
bitates, patefaciet.

Hoc casu enim oblatum sibi, qua-
lem diu optaverant mihi excitatum
adversarium, adversarii illi aperti &
tehti exsultabant, utque tum ægritu-
do hujus esset recens, iram suam in
me evomerent omnem. Omnes o-
mnia sua consilia conferebant in duo-
decim punctis componendis, quibus
etiam elaboratis, mihi adeò magnam
injicere curam, pejoreque loco me-
cum res esse non posse putabant,
quam in hoc quo nunc sita erat.

Hinc ex improvisio mihi ea objicie-
bant eorumque responsum unius ho-
ræ intervallò (fatis pro imperio) exi-
gebant. Proinde licuit opinor ipsis
condignum reponere, atque Doctis
& Probis, quibus imprimis placere
aveo, probare, quo jure, quaque in-
juria

juria meum in restituenda hac ægro-
tante conatum, meaque medicamina
culparint, & culpent, traduxerint &
traducant; Quâ methodo contra qua-
que ratione in hoc affectu curando
procefferim, æqui bonique Studiosis
patefacere.

Utinam Serenissimi edicto severo
æquè iniqui castigatores isti cogeren-
tur sua facta & effata solidis argumen-
tis probare, & dignis rationibus con-
tumeliosè mihi, meisque medicamini-
bus adscripta, demonstrare, Bone
Deus, quanto pudore confunderen-
tur nasutuli isti censores, & quam fa-
cilè ad perpetuum silentium redige-
rentur iniqui argutatores, quotquot
in me malo genio agitati insurrexe-
runt, & in meis bene & rite factis car-
pendis, summam suam curam & dili-
gentiam adhibuerunt; tantum sua in-
teresse putantes, quantum sese mihi
nocituros speraverunt. Proinde nihil
intactum reliquerunt, quò famam
meam qualemcunque quovis modo

obliterarent, & praxin meam non humanô, sed divinô præsidio tutam perderent, ac delerent: Atque insuper calumniis ac mendaciis nomen meum coinquinarent; quibus ergo ut pro meritis rependat justus & atrocibus injuriis affectorum Vindex Deus, præstolando præstolor. Coram unico illo Cordium scrutatore testor, me hic aut alibi aliud non fecisse, quam quod ex Symptomatibus unicis causæ morbificæ indiciis, judicavi conveniens, factu hinc necessarium & ægris meis proficuum.

Hisce in timore & charitate secundum debita artis nostræ fundamenta susceptis, quamvis non defuerit successus divinitus fortunatus, non potui tamen nasutulorum censoriam evitare virgulam. Hi enim castigatores Mercurium præfato & optato successu decoratum, ineptum hujus morbi remedium, Bezoardica verò longè aptiora dixerunt, & præterea illum Cognatis valde exosum reddiderunt;

ut-

utque illorum assensum cogere, pro-
 beque factorum famam in se deriva-
 rent. Mercurium, angustos tamen
 suorum ingeniorum cancellos tran-
 scendentem (licet ante istius applica-
 tionem & exhibitionem summæ præ-
 cordiorum anxietates ossisque femo-
 ris dolores, excitata verò ab ipso sali-
 vatione, nullæ amplius urgerent) in-
 star veneni ægrotae fuisse, nam cor hu-
 jus aggressum esse, dentes denigrasse
 & obtudisse, noxiumque hinc valde
 extitisse nugarunt. Egregiæ & inani
 persuasione tumidis censoribus dignæ
 nugæ, quas magno conatu magnas
 dixerunt, illasque veras esse misere
 cupiverunt; Hinc ea ipsa ægrota u-
 num nummum aureum vulgo Duca-
 tum Arabicum dictum ipsorum in-
 stinctu in os sumere, alterum ventri
 reponere debuit, cum quo se Mercu-
 rium in corpore hærentem, nam ita
 sibi persuaserant, conjungere, confa-
 bulati; Sed opinio ipsos multum fe-
 fellit; Lymphæ enim corruptæ effectus

pro mercurii effectibus habuerunt, & sic magis uti etiam in meo ad puncta responso ulterius probavi, chimix inexpertes testificati.

Unus horum, sui admirator, pro sua imaginaria scientia, me maledicentix aculeis liberaturus, eo ipso malitiosè me gravavit, quum non ex malitia sed inscitia me eò usum dixerit. Insolenter audet arrogans iste Medicus, triti proverbii (ne sutor ultra crepidam) immemor, temerariam suam & imprudentem, de meis debite & secundum artis nostræ fundamenta captis interponere correctionem & censuram: Sed ut meæ inscitix in sapientia tua sit aliquid præfidi, qui nisi nisi sapientia te esse, & omnes intelligentia anteire putas: auge me tua scientia, cede si frugi es, meam in facienda medicina inscitiam, profer, si potes in medium usurpato convenientius remedium & confuta prius meum ad puncta responsum, tunc sum paratus quovis tempore & loco

auto-

autoritatem tuam summo studio sequi, tibi que cum tuis affectis indulgere.

Audiantur de mota, movendaque controversia, versati & docti Arbitri, contra ejusmodi ineptos & rudes facta mea & effata dente Theonino solum rodentes, aut ineptè ac imprudenter vellicantes, atque pro lubitu quævis falsa mihi affingentes, non puto certandum. Vinco enim vel vincor, semper tamen maculor. Versatos & doctos Arbitros, ac veri & æquifectatores velim rogatos, ut quicquid ex triplici experimentorum genere rectius hisce norint, communicent, mihi que unicè de rei veritate sollicito satisfaciant. Multi quidem, ut Helmontii verbis utar, sibi abundè satisfactum arbitrantur, dum ex aliorum libris sapiunt, doctorumque virorum sententias memoria tenent, & sic ex traduce philosophari sciunt. Ita certè vivida ingenii acies langvescit, & lampadem, quam nobis tradide-

runt veteres exstinguimus. Meæ hu-
 manæ quidem fortis ac tenuitatis pro-
 be confcius, tam veteres quàm recen-
 tiores in arte nostra scriptores excel-
 lentes magni feci & adhuc facio: Quia
 autem ad veram hujus vel illius morbi
 causam cognoscendam facientia, ex
 symptomatibus probè observatis no-
 bis solum perspecta esse possunt, hoc
 semper egi, ut quantum Deus benignè
 concederet, antequam ullum ulli æ-
 grotanti exhiberem medicamentum,
 mihi ex his compararem veræ affectus
 causæ veram notitiam, non tam sollicita
 librorum etiam optimorum lectione,
 quam functionem integrarum & læsa-
 rum accurato examine, diligentique
 omnium & singulorum à me observa-
 torum recordatione acquirendam.
 Utq; mei voti compos fierem, omnem
 curam & cogitationem posui in fun-
 ctiones partium integras cognoscen-
 das, & has ægrotis conservandas, læsas
 verò illis restituendas.

Partes proinde continentes, præ-
 pri-

primis autem contentas, utpote humores, primariasq; morborum causas (ab his enim læsis fiunt reliquarum, partium læsiones) exactè quantum mihi datum est, exploravi. Unde non femper eâ, qua itum, sed quâ in veritate investiganda & vera morbi causa invenienda viâ eundum, ivi.

Quod displicet illis animadversoribus, qui de incompertis & ignotis æquè ac de compertis notisque dictatoriè pronunciant, & neglectis verarum probationum legibus Empiricorum, aut perverso more hujus vel illius autoritate solum nituntur. Proinde more Practicorum laudabili, ab ipso affectu abunde noto, ejusq; symptomatibus & causis itidem prius notis, agendorum indicationes petentem, modò sugillant & improbè traducunt. Utinam potius allaborarent, ut ex intricato morbo se se melius extricare & periculosi affectus veras causas citiùs expiscari possent, quod proprium verorum Medicorum.

Quantum interfit, ut prima cuiusvis affectus origo, prima causa medico ægrotantem ex arte curaturo innotescat, sicque causarum omnium concatenatio pateat, sine qua dogmaticè & scientificè non curatur ægrotans, dummodo curetur, verùm empiricè & sic forte fortuna.

Ast magno & tædioso labore, atque multifaria hincque molesta omnium observatione, uti non sunt asveti, ita nec dediti, proinde laboris molesti impatientes & intricatis ad votum extricandis impares in varias eunt suspiciones & fictiones, secusque, melius tamen in Medicina sese gerentem improbè traducunt. Primaria enim & unicè ad causæ morbificæ cognitionem facientia artis nostræ fundamenta contemnunt, vel saltem negligunt, & pessimè potius operam navant, ut lingua petulca potentes fiant, ad quævis dictatoriè pronuntianda, atque pro lubitu aliorum bene & ritè facta inique carpenda & per calumnias sub-

ver-

vertenda. Quâ ineptâ correctione & iniquâ censura praxin meam medicam, præfiscini hoc nunc dixerim, successu laudabili hætenus decoratam, non desierunt isti indigni castigatores ad hoc usque tempus commaculare.

Qui itaque eam qualicumque etiam correctione dignam censuistis, æquum indicavi tam laudata vestra Bezoardica & confortantia, pro unico cordis debilitati remedio habita, secundum artis nostræ fundamenta paululum examinare, ac quicquid veri utilisve contineant, quò desiderantibus melius inservire queant, breviter enarrare.

Infra vestram quidem auctoritatem, sed tamen cum majori utilitate, æquitate ac veritate, id fieri judicetis, si æqua animi lance trutinabitis. Cujusvis hominis temperamentum, uti nolentes volentes ipsimet etiam concedere tenemini, dependere, omnesq; in corpore nostro mutationes naturales fieri, ab humoribus secundum natu-

ram in ipso existentibus : Nostri verò corporis humores, etiam sanguinis massam (à qua depravata cor debilitatur) constituentes, non esse uniusmodi: sed partim serosos, partim pituitosos, hincque magis minusve fluidos, partim oleosos, partim spirituosos, partim minus spirituosos, hincque magis minusve acres, falsos nimirum aut acidos, aut acido falsos: Illosque peccare nunc fluiditate, nunc visciditate, nunc pingvedine, nunc crassitie, nunc copia, nunc defectu, nunc acrimonia acida, nunc falsa, nunc acido falsa: Si nunc illa Bezoardica justò viscosiorem aut crassiozem in fluidiorem, & iterum justò fluidiorem in crassiozem mutare, pingviorem serosiozem, & hunc iterum pingviorem reddere, abundantem diminuerè, & deficientem augere, falsiorem aut acido falsum humorem cor lædentem, pro urgente necessitate corrigere, & sic contrarios effectus edere possent, meritò pro legitimis unicis & veris

non

non solum cordis, sed etiam reliquorum viscerum remediis essent habenda.

Omniū Medicorum, ut valetudini consulant, scire affectus primariam causam interest, ac illam meminisse expedit: Cor autem, pulmones, ventriculus, hepar, lien, mesenterium, renes, vesica, uterus, &c. in morbis à vobis sæpius accusati, & pro morbi causa habiti, sunt partes solummodo læsæ non verò lædentes, magis hinc ad has utpote læsionis causas, nimirum ad humores, quam ad illas in quavis morbi curatione videndum. Qui autem ignoratis humoribus, adeoque affectuum eorumque symptomatum veris causis, & sic susque deque habitis agendorum indicationibus morbo Medicinam facere autumant, Empiricorum more volunt immutare, quod nesciunt immutandum. Hinc de Cordis anxietatibus quærenti solum Bezoardicis opitulandum censent, quæ ex diutina quamvis prava assuetudine

ad illud confortandum apta tantum
dijudicant. Si propterea malè cadit,
tunc cor bezoardicis bene custodivisse
adstantibus & agnatis se se purgant.
Uti unicuique personalia talium Cen-
sorum mentionem facientia legenti,
notum esse potest. Quodcunque
etiam Medicamentum laudibus offer-
re volunt, id nomine bezoardici in-
signiunt, uti D. B. schedula per præ-
lum publici juris facta, spiritus Be-
zoardici encomia continens hoc ab-
unde contestatur. Hunc spiritum
Bezoardicum ob Bezoardicas, si cre-
dere fas est, virtutes, in tam multis imò
ferme in omnibus morbis contrarias
etiam causas habentibus, ab autore ex-
quisitissimis verbis laudatum, si se-
cundum artis nostræ fundamenta,
quàm bene ab ipso apoplexiæ causa
tantum præcaveri possit examinare-
mus. Patere tunc ac probari putamus,
illam potius in ipso habuisse locum,
quam mihi imputare voluit inscitiam.
Ad nominatorum enim morborum

non-

nonnullorum præfervationem & curationem, horumque causarum emendationem, ne hilum quidem afferre, imò præter damnum evidens, uti facile, si vellem singula ad amussim revocare, probandum, in nonnullis nil ægrotis conferre potest.

Hic Cenfor in morborum examine, medicamentorumq; applicatione, se non eodem animo mecum ferri dixit, & quidem non iniquè. Quarit enim ille gloriam inanem, & lucro solummodo inhiat turpi, cum ego divinam sector gloriam & proximi commodum, cui ille divitias præferendas censuit. Hinc hoc pacto apud rerum medicarum ignaros, remedium tam multis morbis contrarium optantes, spiritum suum Bezoardicum tantopere commendavit, non attendens

μη κακὰ κερδαίνεν κακὰ κέρδεα ἰσ' ἀτησιν: h. e. *ne malè lucreris mala lucra aequalia damnis.* Mundus vult decipi, imprimis si sunt ad palatum. Tunc enim facile inveniuntur Creduli pro-

veris

veris & fide dignis avidè arripientes,
 quicquid arridet. In multorum enim
 est votis, licet in nullius potestate e-
 jusmodi contrarios effectus edens
 medicamen. Absit ut in eum iniquus
 deprehenderet, ipsique inviderem,
 quicquid tantoperè suis inservit com-
 modis. Absit tamen, ut ego contra re-
 ctum conscientiaè dictamen ulli inju-
 rius essem & pro vero obtruderem,
 quod ipse non possem habere pro ve-
 rosimili. Quomodo enim abundan-
 tem humorem, uti tunc deberet, pro
 urgente nimirum necessitate diminue-
 re, deficientem iterum augere, crassio-
 rem fluidiorem, & hunc iterum cras-
 siorem, acidiosem minus acidum, &
 hunc iterum acidiosem, falsiorem &
 acido falsum corrigere, oleosorem
 minus oleosum, & vice versa hunc
 iterum oleosorem reddere queat, non
 possum assequi. Sic æquè Bezoardica
 pro unicus cordis imbecilli remediis
 æstimata, contrarios effectus habere,
 & diversas sanguinis partes cor di-
 ver-

ver-

